



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Veritates Æternæ Ex Prima Hebdomade Asceseos
Jgnatianaè Petitæ**

Vogel, Matthäus

Constantiæ, 1731

Circa Præceptum VI. & IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60667)

occultum ejus errorem cum infamia; aut an verum, an falsum sic dixerit; an apud unum, an plures?

Circa Præceptum VI. & IX.

1. An habuerit cogitationes inhonestas & immundas; illis voluntariè inhæserit cum delectatione; & an solum cogitationibus, an etiam rebus turpibus fuerit delectatus; & ad quas personas illa delectatio fuerit directa, an ad conjugatas, solutas, religiosas &c. 2. An locutus fuerit inhonesta & lasciva, delectando se rebus per verba illa denotatis; aut an similia audiverit cum delectatione? 3. An legerit libros vel historias impudicas, & an talibus delectatus fuerit; & an nulla inde motio lasciva aut pollutio secuta sit? 4. An usus sit verbis inhonestis cum intentione peccandi, aut alios provocandi ad peccatum, & ad quale? 5. An voluntariè licet brevissimo tempore habuerit desiderium contra castitatem, & quo modo vel cum qua persona? 6. An polluerit se, & in hoc actu desiderium habuerit peccandi cum alio, vel alium sibi fuerit imaginatus? quod idem dicendum de tactu inhonesto. 7. An pollutus fuerit in somno, an causam dederit, vel in hoc actu delectatus postea fuerit? 8. An impudicè tetigerit se vel alios, & quos? aut an se sic tangi permiserit? quod etiam de amplexibus, osculis &c. dicendum; & quo fine? 9. An animo peccandi miserit nuntia, munera, litteras; aut me-

diator fuerit in aliis ad peccatum turpe inducendis? 10. An adierit vel transferit locum aliquem cum malâ intentione aspiciendi; & an solo visu delectare se voluerit, an etiam peccato? & cui periculo se exposuerit? 11. An amore carnali affectus fuerit erga personam aliquam, sequendo eam animo peccandi &c. an non in simili casu varia peccata intervenerint, fortè etiam cum damno alterius? 12. An fucis, odoribus, musicâ, choreis & similibus usus fuerit ex malo fine? 13. An ipso opere peccaverit cum aliis, & cum quibus? & an fortè per vim aut dolum, aut promissionem fictam eos induxerit ad peccatum? 14. An jaetaverit le de tali peccato, personas etiam nominaverit cum damno famæ? 15. An peccaverit peccato foedissimo sodomix? 16. An inhonestè tetigerit bestias, aut aliud peccatum cum illis commiserit? 17. An fuerit aliis causa aut occasio peccandi in hac materia, & quo peccato, cum quibus? 18. An vitaverit occasiones proximas sic peccandi? Conjugati hîc se examinent circa statum suum, cum etiam ipsi peccare in hac re gravissimè possint.

Circa Præceptum VII. & X.

1. An rem alienam sustulerit per fraudem vel rapinam, & an rem sacram, vel è loco sacro? 2. An grave alicui damnum quovis modo intulerit? 3. An rem alienam retinuerit sine voluntate Domini, & non restituerit, cum posset?

4. An